



Johann Andreas Bauer,
Past. zu Groß-Jena und Jühlitz.
Ao. 1700. Im Band kostet 12 gr.
#

70

EIPHNH TEU- TONICA

Carmine Elegiaco expressa, & de-
cantata

AB

ANDREA BERNHARDO LEHMANNO, Bu-
DISSINA LUSATO

In Auditorio Majori

ANNO XPISTOTONIAS
M. DC. IL.

X Kl. Novemb.

Excudebat CHRISTIANUS LAURENTIUS Kempff.

10

AK



ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO HEROI AC
DOMINO

DN. CUNRADO REINECCIO
A CALLENBERG,
BARONATUS MUSCOVIÆ, WETTE-
SINGII, ET WESTHEMII DYNASTÆ
HÆREDITARIO

Serenissimo ELECTORI Saxonix à Consilijs, Pro-Marchioni Lusatix Su-
perioris incluto, & Legionis Equestris præfecto for-
tissimo &c.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

V I R O

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO AC EX-
PERIENTISSIMO

DN. CHRISTIANO HARTIGIO, Medicinæ Doctore felicissimo,
Equiti D. Marci, & inclytæ Reip. Zittaviensis Consuli Gravisimo,
Avo meo omni Filialis observantiæ cultu
colendissimo.

V I R O

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO
EXPERIENTISSIMOQ;

DN. ANDREÆ BERNHARDO LEHMANNO, Artis Medicæ
Doctore felicissimo, in Eschisis & Baschis Hæreditario &c. Laudatissima Reip.
Budissinensis Consuli vigilantissimo, Parenti meo filiali observantia, debitæque
pietate atatem devenerando

*Hos, de Pace Teutonica versiculos in humilis animi,
pii studii, & debite observantiæ*

Σύμβολον

Offert, Consecrat, Dedicat

AUTHOR.

DEO AUSPICE

EIPHNIH TEUTONICA.

Andem luctifonas GERMANIA pelle querelas,
Votaque de solita tolle nociva prece.
Triste noto *VÆVÆ*, quò prohdolor haçtenus uti
Consuevit soboles Teutone nata patre.
Triste noto *VÆVÆ*, dirum, & lachrimabile *VÆVÆ*;
Cujus in auditu stantq;, rigentq;, comæ.
Triste noto *VÆVÆ*, stygiis vox horrida signis,
Quippe, notat coedes, bella cruenta, necem.
Hisce sed infausti causam non arguo planctus;
Si quæ justa fuit, justior hæcce fuit.
Tu, licet haut cesses, Germanis dira minari,
Te, Gradive, volo, testis en esse potes.
Omnis enim gentis spes, & fiducia coepti,
In validis humeris, viribus inq; suis.
Mirabare æri, rigidoq; simillima ferro
Gentis Teutonicæ, Maxime, colla, Deum.
Ergo duritiem leniant quæ pharmaca foedam
Mitia concessit cura paterna Dei.
Moreq; pro patrio paterno nostra flagello
Tu castigabas dorso superba Deus.
Sollicitus monitis genitor quam flectere fidis
Non poterat natum, cæditur hocce modo.
Sed cum blanda videt contemnere verbera na-
tum,
Sauciat immiti terga cruenta plagâ.
Nos sumus, ah fuimus, fateor, qui verbere digni!
Verbera sed nimium lenta fuisse queror.

);(

Ver-

Verbera dira quidem, sed non indebita passos
Nos equidem fateor; culpaque nostra fuit.
Nam nobis Patrem, quem novimus esse beni-
gnum,
Justa ejus nostrum vindicat ira scelus
Hei mihi! qualis erat, quantum mutatus ab illo,
Qui nostri curam gesserat ante, Deo!
Ecce, tuum ast testor minimè violabile nomen,
Mille tua à nobis nomina læsa modis.
Teutonis in facinus natos jurasse putasses,
Nostraque erat vitiis terra repleta tetris.
Rapta dabant vitam, pietas quoque victa jacebat,
Optabat conjux conjugis exitium.
Nullus honos templum genti, manibusque cru-
(Haud ignota cano) rapta sacrata Deo. (entis,
Prodere voce pios, dubiaque opponere morti,
Crede, putabatur dexteritatis opus.
Lurida terribiles natis aconita novercæ
Miscebant, natum cæde madebat humus.
Degenerantem sperabat fata parentis
Natus, adhuc vivi sollicitabat opes.
Ah pudet, ut dicam, terras Astræa madentes
Liquerat innocuo virgo cruore vasas.
Fas odisse viros, fas omnia ferre sub auras
Crimina Germanum, fasque referre mihi.
Crimina tanta tua vidit Servator in urbe,
Jesiade, fieri, queis super ingemuit.
Ah quoties lachrimas, quoties perfricta notasti
Urbs Salvatoris verba paterna Dei.

Hic quoties decernit, amat consulta Senatus
Semper consiliis a familiare suis.
Vosq; Viros octo, reliquos proceresq; loquen-
Audit, & à cano Nestore vota petit. (tes
Spernere adulantum strepitus, vocesq; malo-
Trajani exemplò, Maxime Cæsar, amas. (rum,
Cæsar, Vespasiane mones, affabilis ut sit;
Hic sequitur monitum Vespasiane tuum.
Neglectas revocare artes Augustus amabat;
Exemplò Augusti & Tu revocare studes.
Scipiadae vox sancta fuit, non perdere civem;
Hæc, Ferdnande, Tibi vox quoq; sancta ma-
His pius officiis Cæsar, his moribus audit (net.
Clarius, hoc felix gens Alemanna Duce.
Hujus dum laudes recito, proh! quanta pate-
Æquora, Parnassus, non satis unus erit. scunt
Credite, vera loquor, minor est tua gloria verò,
Cæsar, sic de te fama maligna fuit.
Quare age Scep trifero, Germania sacra parato,
Proq; salute Dei vota, precesq; dato.
Vota precesq; date, & mecum conjungite gra-
tes,
Tu studiosa cohors, Tu mihi juncta cohors.
Vota, precesq; dato, cui nostra altaria thure
Fumant Principibus, vota, precesq; dato.
Vestra, Duces celsi celsò de stemmate nati
Saxoniae procerum, facta Jehova beet.
Armorum rabiem funestæ semina Divæ,
Arceat à vobis dextra benigna Dei.

Pacis

Pacis in abruptæ stet honos, redimite capillos
Frondebis Actiacis: Annue Iho va preci.

Vota Deo fieri rursum communia posco,
Quæ sunt Germanæ religionis opus.

Tu, Zebaoth, Tu, qui ducis fortissime turmas,
A Te perpetuæ fons bonitatis abit.

Quod stent, solus amor Tuus, illibata Minervæ
Culmina, quod vireant, Gloria nostra, tua.

Diruta sunt aliis, nobis stant salva Lycea,
Nostraque non nostro sanguine pinguis hu-
mus.

Floret adhuc nostri Salani Gloria Pindi.

Quiq; docere valent, dexteritate valent.

Enthea Theologiae, Consultrix Diva, Machaon,
Stagiridisq; Virum lumina clara micant.

Quæ Tibi pro tanto, Zebaoth, dona feramus
Munere? quas grates? mens tremefacta stupet.

Munera magna quidem, sed non indebita po-
scis;


Quæ fastu ergo carent suscipe corda Deus.

Jamq; sonate Deo meritaram encomia laudum
Publica, sic focias continuate preces.

Quisq; die quovis verso jubar ore salutet;

Manè precatus Ave; sero vocato Vale.

F I N I S.



78 M 496


ULB Halle 3
001 618 148



TA-OL
KOP
B17







INNH TEU-
ONICA

giaco expressa, & de-
cantata

AB

HARDO LEHMANNO, Bu-
SINA LUSATO

Auditorio Majori

XPISTOGONIAS
DC. IL.

Kl. Novemb.

STIANUS LAURENTIUS Kempff.

